

læ genus, quo reverà descendendo sursum evehimur, & euntes quasi per planum ab inferiori contignatione placidè subsidendo pervenimus in superiorem. Artificium utile non minus ac curiosum.

CAP. X.

De Mechanica.

§. 1.

Mechanica est scientia potentiarum motricium determinatè spectatarum, quippe in qua de proprietatibus principiorum moventium, deque augendis eorum viribus, agitur, certæque conclusiones eliciuntur, juxta quas datâ quantumlâcunque potentiâ quantumvis pondus sustinere, loco movere, aut datam quamvis resistantiam non infinitam superare possumus, idque beneficio *Machinarum*, quarum simpliciores vulgò quinque statuuntur, quæ tamen ad ternarium commodè reduci possunt.

§. 2. *Prima* & simplicissima est *Vectis* (der Hebel) ad quem spectat *Axis in peritrochio* (die Winde) qui nihil aliud est quam *Vectis* continuatus.

Secunda est *Trochlea* (Rollen/Schelbe/Rioben.)

Tertia est *Cuneus* (der Keil) ad quem spectat *Cochlea* (die Schraube) quæ est *cuneus* continuatus.

§. 3. In hâc ipsâ disciplinâ præcipuæ fundantur *Artes civiles*, unde quantus in vitam civilem usus ex *Mathesi* redundet, totus mundus experitur.

§. 4. Unum hîc quod domi meæ servit, in medium afferre liceat specimen quod dicitur.

V. VERNA MECHANICUS ein Haus = Knecht, oder
Hauc